

## **Symma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Agens De Rebvs Ecclesiæ Sacris, & profanis, earumque usu, acquisitione,  
conservatione, & alienatione

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

§. 1. De Pactis in genere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61834](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61834)

*Secunda*, quja in amplissima hæc materia, propter diversitatem finis, non paucæ differentiæ inter Canones, & leges resperiuntur, quemadmodum in progressu patet.

## §. I.

## De Pactis in genere.

I. **P**actum in genere acceptum, est duorum vel plurium in idem placitum vel de sua, puta aliquo dando, vel faciendo consensu. atque ita à conventione, non distinguitur, & Contractum, atque transactionem veluti speciem sub se continet. *l. 1. §. 2. ff. de Pactis.* Nam conventionum pleraque in aliud nomen transeunt, veluti emptionem, locationem, in pignus, vel in stipulationem. *§. 4. eod.* In Contractu strictè accepto σιγάλλαγμα est ultò citro que obligatio. In transactiōnēs dubiæ terminantur, aliquo dato, vel retento, promisso, vel remisso. *Tholos. l. 21. c. 2. num 7. Cagnalus in Rubr. de pactis init. Vallenf. l. 1. tt. 35. §. 1.* Vnusquisque autem non alterum pacificendo, sed seipsum duxat obligare potest, nisi quis alterius subiectus sit potestati. *l. 11. ff. de oblig. & all Laym l. 3 tr. 4. c. 2.*

II. Dividitur in publicum, & privatum hoc de re familiarī scil. illud de communi, puta induciis, pace, & similibus. *2. Expressum & tacitum. l. 2 ff. b. 1.* Expressa vel re ipsa inter praesentes, vel inter absentes per literas, vel nuntium sunt. Tacita nullo horum modorum, sed interpretatione quadam facta, ut si debitori cautionem reddas, dicetur remitti debitum, &

taciti pacti actionem habebit debtor. Si in prædium Urbanum intuleris, aut inventeris aliquid, tenebuntur ut pignori obligata locatori pro mercede habitationis. 3. Ex privatis pactis quædam sunt Iuris gentium, quædam legitima. Iuris gentium illud est, quod sola æquitatis ratione subsistit; non actionem, sed exceptionem parit. *l. Iuris gentium 7. ff. hoc. tit.* Legitimum, quod lege aliqua civili confirmatur *le. 6. eod.* Hoc parere, & tollere actionem potest. 4. Alia sunt in rem: alia in personam. In rem pacificimur, quando generliter pacificimur, ne petamus. In personam, cum pacifcor, non à persona. Titio, aut Caio peram. *ds. le. 7. §. 8. ff. eod.* Denique Pactum aliud est nudum, aliud vestitum. Nudum in mera conventione, seu confessione consistit, nec proprium nomen, nec causam ( id est dationem vel factum, ob quod oporteat alterum alteri præstare quod promisit ) habet, ut sit etiam conveniam de mutando invicem pallio, ut tu meum, ego, tuum habeam, sine traditione, nudum pactum est. Pactum vestitum dicitur Contractus strictè acceptus, qui iure civili actionem parit, ut emptio & venditio: vel si proptio nomine catet, causa subest, puta factum aliquod ab altero, vi cuius obligatur alter præstare, dare vel facere id, de quo continentum est. Ex. gr. Si palliū tibi antea promissum tradidero, hic actus facit, ut tu quoque, ut promisisti, tuum mihi tribuas. *Tholosan. l. 21. Synt. c. 6. Tusibus Concl. 18. Silv. num. 2. Treutler. Vol. 1. Disp. 6. numer. 2. & 3. Azo. lib. 2. Rubr. 2.*

III. Vestitus autem 6. modis 1. re ipsa,

Aaa

pīe.

præstito saltē ab una parte, quod oportet. 2. verbis, ut in stipulatione 3. literis, ut si tibi satisfactum esse scripto testēs, quemadmodum in acceptilatione sit. 4. specifico nomine Contractus. Hinc omnes contractus nominati, qui consenserūt, vestiti sunt. 5. Cohærentia cum Contractu vestito. Vendis mihi agrū 100. flor. cum pacto, ut huius anni cultum, & fructum habeam, pactum hoc nudum est; sed vestitum censetur, quia adhæret emptioni, quæ est Contractus vestitus, quia Accessorium sequitur naturam principalis. Reg. 42. In in 6. Denique 6. vestitur iuramento. Per hoc enim vires accipit, & corroboratur pactum nudum, sicut aliæ actiones quoque Angel. n. 2. Silv. §. 4. nn. 21. Mol Disp. 255. Lorichius V. Paetum. n. 3. Less. c. 17. D. 3. nn. 18. Laym. l. 3. Tr. 4. c. 2. Lugo Disp. 22. S. 2. num. 13. Tusclus Concluſ. 29.

IV. Ex pacto vestito obligationem & actionem hanc dubium non est. 1. Iuris gent. Et tom. II ff. de præscriptis verbis. Ex nudo licet obligatio naturalis oriatur, actio tamen non datur iure civili. d. l. §. 4. Nimirum lites odit Ius Civile, quas patrōrum frequentia necessariō progenerat: & merito præsumitur, tot promissiones animi levitate quadam, & inconsideratione perfici, ad quārum observatiōnem cogere durum videtur. VVesenb. l. 2. ff. 11. 14. num. 9. Trensl. l. cit. nn. 9. Fern. Vasq. controv. illustr. c. 10. Vniuersitatis honestati igitur relinquitur, ut nisi male audire velit, promissiones suas adimpleat. Promissarii autem dent operam, ut promissis sibi factis robur accedat, vestiendo illa uno aliquo sex modo-

rum, quos n. prec. enumeravimus.

NOTA. Etiam Iure Civili Actionem nasci ex pacto nudo, cùm id illi specialiter à legibus tribuitur. Exemplum habes in donatione, quæ à promissione acceptata incipit nondum facta traditione. Huius n. obligatio & ad hæredes transfir. 1. Si quis argentum. §. ult. C. de donationib. Idem valer in nudo pacto dotis promissæ 1. ad exactiōnem C. de dotis promiss. VVadingus. disp. I. §. 3. Idem in promissione, qua quis promittit, alicui se soluturum, quod alius ipsi debet. Mol. D 255. c. fin. Onnate disp. 2. nu. 14. 8. Phil. Decius in ff. de iuris d. om. Iud. l. Si convenerit.

V. At quæstio non levis est, utrum secundum Canones ex nudo pacto obligatio & actio nascatur? Dissentunt Interpretes apud. Fachin. l. 2. c. 100. Vera opinio est, ex pacto nudo, quod cum expressione causæ initum est, oriri. Namque de labiis suis procedunt, nemo irritascere debet ps. 88. V. 35. Et c. 1. de palii, uti in Conc. Afric. Antigonus Episcopus dixit. Aut inita pacta suam obtineant firmatatem, aut conventus ecclesiasticam sentiat disciplinam. Dixerunt universi (Patres congregati) Pax servetur, pacta custodiantur. Vbi Barb. catervam DD. annumerat, & notat, etiam Iure civili pactum nudum producere actionem in foro mercatorum: idemque facere, si geminatum sit. Covar. in c. cum in officiis num. 9. de testament. & in c. Quamvis patrum par. 2. §. 4. Gomez. tom. II. cap. 9. num. 2. Maranta Par. 4. ff. de iuramento. Rebellus de oblig. iustitia Par. 2. l. 10. p. 1. Laz. l. 11. c. 7. Q. 1 Barb. in Pretermisit

termisis tt. de Pactis. Laym. l.3. Tr. 4. c. 2. num. 3. ubi excipit promissiones Ecclesiæ factas, in quibus non sit opus causam exprimere.

VI. Cæterum obligatio (ut in futurum hoc semel statuatur) est Iuris vinculum, quo necessitate astringimur alicuius rei soluenda, vel facienda. Instit. de obligat. init. Per ly necessitate astringimur differt ab obligatione, quam fidelitas, gratitudo, vel alia Virtus à Justitia distinguita parit. Alia est naturalis, alia civilis, alia mixta seu naturalis & civilis simul. Naturalis ex rei natura, Civilis ex legibus oritur. Mixta utrimque. Causa, & materia est vel Contractus, vel delictum, aut quasi. Pro effectu obligatio civilis actionem habet, id est, potestatem ius suū prosequendi quia duplex Realis personalis. Naturalis sola, nisi Iuris civilis accedat auctoritas, in foro externo non actionem, sed exceptionem parit. Iuris gent. §. sed cum nulla ff. de pactis. Quæ exceptio sufficit ad novandum l. 1. c. fin. ff. de novat. ad constitendum l. 1. §. Debitum ff. de const. pec. ad compensandum. l. & ff. de compensat. Præterea ut accedat fideiussor. l. stipulatum sum cum t. seq. de fideiuss. Item, ut accipiatur pignus. l. Naturaliter ff. de cond. indebit. Lex! Pratesi. Tholofan. l. 21. Syntag. c. 3. num. 4. Laym. l. 3. Tr. 4. c. 9. num. 9. Ang. V. Obligatio Silvest. Armilla. eod. Fill. Tract. 33. c. 5. n. 82. Regin. l. 25. c. 4.

VII. Omnis pactio & conventio de re spirituali, irrita & nullius momenti est. c. Partiones 8. hoc tit. ubi pactio de tertia tantum parte decimarum præstanta irrita declaratur, nisi probetur, auctori-

ritate Apostolica confirmatañ esse. Idem de annexis rerum Spiritualium dicendum, quia in horum omnium commercio fons uberrimus Simoniae est, de quo copiosè Summerum Auctores. Angel. Silv. Armilla. Tab. Tusclus Conclus. 11. Navar. c. 23. n. 100. Soto l. 4. Q. 7 ar. 1. Tholofan. l. cit. c. 4. Less. c. 35. Dub. 2. Azor Tom. III. l. 12. c. 1. Decianus l. 5. c. 82. num. 1. Limita, nisi annexum rei factæ, omnino temporale sit, quemadmodum in Sacris Vatis est aurum, argentum, aut simile quid. c. Aurum. 12. q. 2. Huiusmodi etiam, cum necessitas, vel charitas urget, vendere, & distrahere licet, ut communiter DD. tradunt, & à Sanctis viris non semel factum est.

VIII. Irrita etiam sunt pacta. 1. de beneficio ecclesiastico mediante pecunia resignando. c. Cum pridem b. t. & Barb. ibid. 2. de soluendo expensas, & fructus pro celsione juris. Pat. l. 2. decis. 40. 3. renunciatio cum pacto facta, ut resignatarius soluat resignantii expensas factas in illo beneficio consequendo. Flamin. de resign. l. 14. q. 7. 4. pactum de succeden- do post mortem Prælati in ipsius ecclesia. c. Accepimus. hoc tt. Covar. in c. Quamvis pactum eod. 5. Pactum non succeden- di seu renunciatio legitimæ, l. pactum do- tale. c. de Collat. Nisi firmetur iuramen- to. Sanch. l. 4. Cons. c. 1. D. 34. 6. Eccle- siam acquirens per pactum augendæ pen- sionis, illa privandus est. c. Cum clerici. hoc tt. Az. 11. l. 8. c. 12. q. 12. 7 irrita conven- tio est, quando ecclesiæ locant domos, vel prædia vel infeudant cum pre- iudicio ecclesiæ. V. g. ut soluant de- cimas, vel apud eas Sepulturam eli-

Aaa 2 gang

gant. c. Plerique hoc. it. Panor. & alii. Ade-  
de, qui talis pacti occasione quicquam ac-  
quisiverunt, ecclesiæ restituere debent.  
*Silv. V. Simonia num. 191. & 20. 8.* Ir-  
rita sunt pacta, quæ con. leges, Constitu-  
tiones, vel bonos mores sunt. *I. Pacta C.*  
*cod l. Non dubium C. de legib. l. Contra ff.*  
*de pactis.* Nemo n. ad peccatum obligari  
potest. *Lef. c. 18. D. 7.* Vnde sequitur 1.  
concidere omnia pacta de futura succe-  
sione initia. *I. pactum quod dotali C. de pa-*  
*ctis l. Cum donationis de transact. ead Ex-*  
*cipe pacta particularia, de quibusdam re-*  
*bus post mortem relinquendis. Item Prin-*  
*cipium de mutua successione in casu defi-*  
*cientium liberorum. Denique militum*  
*pacta de successione mutua. V. Gaill. I. 2.*  
*obs. 126. & 127. Sanch. l. 4. Mor. Consil. c.*  
*1. D. 34. Tuscb. concl. 13. & 14. 2. dolo, vi,*  
*aut metu extorta. I. Iurisgent ff. dolo malo.*  
*§. Generaliter de pact. 3. illa quibus ius ter-*  
*vii lreditur. I. 3. de transact. I. Pacta. que C.*  
*cod. 4. quæ turpe caulfam continent. Cun-*  
*cta denique quibus ius resistit, iuxta Reg.*  
*64. de Re. Iu. in 6. Que contra ius sunt,*  
*debent utique pro infectis habeti. Idem*  
*dicendum de Iuramento, quod con. bonos*  
*mores sa. Quum nullius est momenti intel-*  
*lige con. bonos mores, quos vel Naturale,*  
*vel divinam, vel Cano. Ius proscript. VVe.*  
*senbec l. 2. ff. it 14. num. 9. AZ Tom. 1. l. 11.*  
*c. 6. Q. 4. ci. si. Silv. V. Iuramentum §. 4.*  
*num. 1.*

IX. Pacta statutis prævalent, intellige  
legitima. c. Venientes de iureis. §. Quia ve-  
rò non minus. Quin etiam Apostolicis in-  
stitutis, & decretis derogant, maximè,  
quæ sequuntur privilegium c. Cum olim de  
præscript. Antecedentia quoque tunc, cum  
illorum in indulto non sit mentio. c. Ex-

multiplici de Decim. Clem. Dudum de se-  
pult. Ratio dati potest, quia sic pacientes  
cedunt iure suo, quod ex statutis, privile-  
giis, aliisve causis adipisci possent, modò  
nulla prohibitiō obstat. Nam publici iu-  
ris alia ratio est, cui pactis privatorum con-  
derogatur. I. Ius publicum de alt. em. &  
vend l. Iuris gent. ff. de pactis. Caramul  
Theol fundam n. 856.

X Pactum & conventio duorum sub-  
ditorum alias irrita, & pendens ab im-  
perio Superiorum, ratihabitio illorum  
consolidatur. c. Quoties 2. hoc it. Quo-  
ties, ait Greg. Papa in conventionibus  
noster expectatur assensus, ne in dubium  
veniant, quæ geruntur, ratihabitio eas de-  
bet pro securitate partium solidare. Un-  
de colligunt Interpretes, ratihabitioem  
retrotrahi ad diem initia conventionis  
seu pacti, ac mandato comparari. V. De-  
cium in Reg. Semper quis ff. de R. I. Ex-  
cipe, nisi agatur de præjudicio tertii, vel  
quando actus, ad quem retrotrahi de-  
bet, ab initio nullus fuit. Barb. in cit.  
c. Quoties. Silv. V. Consensus. num. 6.  
ubi ex Innoc. limitationem adiungit. Ni-  
si Papa, qui non est subiectus legibus, ve-  
lit supplere defectum. Permititur enim  
illi, sententiam, quæ nulla ab initio fuit,  
ita ratificare, ut valeat, non secus atque si  
nulla unquam illi solennitas defuisset. Ol-  
drad. Consil. 257. Guido Papa Consil. 134.  
Tuscbus in V. Confirmatio. Conclus. 710.

Idem de sacerdotali Principe supremo di-  
cendum, ut pluribus declarat Tuscb. lo-  
cit.

XI. Licer Iure communi Cæsareo do-  
minium rei solo & nudo pacto non trans-  
feratur. I. Traditionibus C. de pactis & l. 15.  
de rei vendic. cod. l. 31. ff. de acqu. rer. domin.  
V. Veseb.

V Vesenbec. ff. l. 18. tt. 1. in rebus Ecclesiæ tam  
men acquirendis neglecta traditione so-  
la & nuda promissio sufficit. l. ut inter C.  
de Sacro. Eccles. Bartol. videm. Præterea si  
contingat, rem aliquam vendi Ecclesiæ,  
& postmodum alteri alicui tradi, non ha-  
bebitur hujus traditionis ratio, sed  
Ecclesiæ simpliciter adjudicabitur. Idem  
dices de quibuslibet donationibus ac piis  
legatis. In his enim sola acceptatio ad do-  
minum acquirendum sufficit. Felinus in  
c. Ecclesiæ S. Marie de Confit. A. 7. or. III. l. 1.  
c. 6. Lefsius c. 3. D. 3. & c. 18. D. 6. n. 36 item c.  
21. Dub. 20 num. 141. Molin tract. 2. Disp. 3.  
Eadem ratio de beneficiis Ecclesiasticis  
est, quorum collatio ante omnem accep-  
tationem jus tribuit etiam absenti, quod  
postmodum per acceptationem perfici-  
tur. c. sitibi absenti de præb. in 6. Unde fit,  
ut Episcopus re integrâ, antequam ac-  
ceptetur beneficium, alteri conferre  
non possit, sed expectare debeat, donec  
conferetur acceptare nolle, illum cui facta  
collatio est. V. Covarr. l. 3. Variar. c. 16. Sanc.  
de Matrim. l. 1. D. 7. nu. 20 & l. 3. D. 36. Val-  
lens de benef. l. 1. c. 6. Barb. in cap. 17. Sitibi  
absenti de ben. in 6. San. hez. l. 2. Confil. c. 2.  
D. 3. & in c. quodam de Cler. agrot. in 6. Gon-  
zalez ad Reg. & Cancel. Gloss. 15. Amplia 1.  
ut idem privilegium conveniat, aliis piis  
locis, & civitatibus, quibus rerum dona-  
tarum, vel emptarum dominium ante  
traditionem acquiritur 2. Si alicui dona-  
tio facta sit sub modò, seu conditione, ut  
donatori alimenta præstentur, conditio-  
nem verò non impletat donatarius, rei  
donatæ dominium absque traditione re-  
dit ad donantem. 3. dominium rei legatæ  
tempore mortis testatoris fictione juris  
in legatarium transit, ita ut fructus ex eo

tempore eidem debeantur; præsertim, si  
ad pias causas ordinata sit. l. si tibi homo ff.  
de legat 1. l. à Titio ff. de f. art. Gloss. ibi Fern.  
Vasq l. 2. Controv. illustr. c. 55. n. 27. Fachina  
l. 1. c. 94. § sexto.

## §. II.

## De Pactis in Specie.

I. PACTUM SPECIFICÈ SUMPTUM. quate-  
nus à transactiōne, & contrac̄tib⁹  
strictè acceptis tam nominatis, quam in-  
nominatis distinguitur, est Conventio, quæ  
super re certâ, & gratuitâ, id est, animo do-  
nandi sit. Connatus l. 5. c. 8. num. 1. Quamvis  
enim non repugnet non gratuitâ, sed ob  
causam fieri, hoc tamen quasi accidenta-  
rium censemur, quia per se, & ex naturâ  
suâ gratuitum est: idque potissimè atten-  
di debet. Azor. l. 2. Summa Rubr. 3. V Vesen-  
bec. l. 2. tt 14. num. 3. E contra transactio-  
nem fit ob causam, & de re incertâ  
juxta Versic.

Incertâ de re transactio dicitur esse,

Sed sunt certæ pacta favore rei.

V. Bald. & Decium in Rubr. de pact. Ostiens.  
in Summ. eod. tit.

II. DIVISIONES §. præc. allatæ ferè om-  
nes pactis in specie sumptis conveniunt,  
cum non essentiales, sed accidentales sint.  
1. Igitur alia sunt expressa, alia tacita. l. 2.  
ff. hoc tit. 2. alia sunt realia, alia personalia,  
prout circa rem, vel personam versantur  
I. Iurisg. 7. pactorum hoc tit. In dubio pacta  
omnia realia censentur. Iason. num. 1. &  
DD in l. cit. Iurisg. Personalia bifariam ac-  
cipiuntur 1. personale dicitur quod non  
transit in aliam personam. l. si unus 27. hoc  
tit. 2. quod quidem non transit ad hære-

Aaa 3 des,